Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



98.

inopia egestate conficiatur: ut certe siquis alienę felicitati inuidet. & quasi spe
furore rapiatur: & inuidia in sinu suu receperit. & nutrierit eam in pectore:
iste comedit animam & carnes suas. Quanto enim eum cui inuidet feliciorem uide
rit. tanto ipse amplius contabescit & deperit. & paulatim helo & liuore distil
lat. Alter manus cerebro proprio accipiunt sicut ibi. Verbum domini quod factum e
in manu aggru. siue in illi ut huius propheę manu. quod talia opera gesserit. ut dig
nus existere in cuius opere fierem sermo domini. Huic congruit & illud dauid.
qui doceat manus meas ad pliu. Stultus igitur amplexus est manus suas. id est
contraxit & extendere noluit. unde non comedit labores manuum suarum. quas
nec habet. f. carnes suas. uiuens iuxta sapientiam carnis. & carnis operibus
uersatus. Melius est plenus pugillus cum requie. quam plenitudo manuum
laboris & presumptionis spe. Melius est habere modicum iustum. quam diuitias
peccatorum multas. Et in peruersis. Melior est parua acceptio cum iustitia. quam
multa gemmina cum iniquitate. Et legantur iustitia requiem habet. iniquitas
laborem. & qa singularis numerus in bono semper accipitur duplex in malo. propter
unus pugillus habet requiem. & duę manus labore sunt plenę. Et conuersus
sum ego. & uidi uanitatem sub sole. est unus. & non est secus. & quidem filius & non est
frater ei. & non est finis omni labori eius. & quidem oculus eius non satiatur diuitiis.
& cui ego laboro. & fraudo animam meam a bonitate. s. & hoc uanitas. & distentio pes
sima est. Conuersus sum ad alios. & uidi eos plus quam necesse est laborare congregare
pias & nefas opes. & non uti congregatis. habere omnia. & incubare diuitiis. seruare
alteri. & suo labore non perfruitur. maxime cum nec filium nec fratrem habeant. nec propin
quum. ut uideatur prius labor necessarius reseruatus. Nihil itaq; uanum esse deprehendi.
quam illum hominem qui diuitias congregat. eas relinquat ignorans. Quid quidem
possum secundum superiorem interpretationem & de his intelligere q libros exercebunt.
& eos fastidiosis lectoribus derelinquunt. Quidam hunc locum a eo loco quo ant.
est unus. & non est secus. sup saluatore interpretantur. quod solus & absq; ullo comite
ad saluandum mundum descenderit. & quamquam multi filii dei sint. & fres ei adop
tione dicantur tamen nullus dignus extiterit qui in hoc opere ei iungeretur. cum labo
ris non finis et portantur manu uitia atq; peccata. & pro nobis dolentis. & oculus
eius non satiabitur diuitiis. semper nam salutem cupientis. & quanto plus peccare quę
uiderit. tanto magis ad penitentiam cohortantur. Melior et duo. quam unus.
qbus est merces bona in labore suo. qa si ceciderit unus. quem participem suum.
Et ue unico. si ceciderit. & non est secus qui erigat eum. Et quidem si dormiant duo.
erant calor erit illis. Et unus quomodo calefiet. Et si prualuerit sup eum unus. duo stabunt
aduersus eum. Et funiculus triplex non facile rumpetur. Post solitudinis miserias
in quibus correptus est ille qui in opibus conquirendis absq; certo herede se